



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliae Catholicae De Sacris Arcanis Deiparæ Mariæ Et Iosephi

Cum quadruplici Indice

Cartagena, Juan de

Coloniae Agrippinae, 1613

Imprimatur. Si videbitur R. P. Mag. Sac. Palatij Apostolici. Cæsar Fidelis
Vicesg.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51414](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-51414)

Frater Archangelus à Messana totius Ordinis Fratrum Minorum Generalis
Minister, & servus: R. atq; doctissimo Patri F. Iohanni à Carthagena Hi-
spano, nostri Almi ac Regalis Conuentus Romani, S. Petri de Montorio nuncupa-
ti, sacra Theologia Lectori Generali, & concionatori prestantissimo. salutem in
Domino, & paternam benedictionem. Quos in Vineam Domini laborasse, atque in-
desse in dies strenue laborare comperimus, in communem totius Ecclesie utili-
tatem, & nostram Sacram Religionis honorem quam maximum, ratio ipsa fert, ut
congruis, dignisq; favoribus prosequamur. Hinc est, quod cum prateritis annis,
iam plures libros prelo ac typis mandaueris, sed presertim illum, cui Sanctiss.
D. N. Paulo V. Pontif. Max. dicatum, cuius titulus est: Homilia Catholica in
vniuersa Christiana Religione arcana: nunc etiam in promptu habeas alium de
sacris Arcanis Deiparae Mariae & Iosephi, in duo volumina distributum, non so-
lum eundem cedere, ac typis mandandi licentiam libenter tibi impertimur, verum
etiam ad ipsum ut facias, praecipimus cum merito salutaris obedientia, certam cum
relationem habeamus ex Patrum testimonio, cui illum examinandum commisi-
mus, diuini Verbi praedicatoribus quam maxime, ac cunctis fidelibus nulli uti-
litatis allaturum. In quorum omnium & singulorum fidem has literas nostras
propria manu, & officij nostri maiori sigillo munimus. Datum Rome in hoc
nostro Aracelitano Conuentu, duodecima Maij 1611.

locus sigilli. F. Archangelus à Messana, qui supra
manu propria.

Imprimatur. Si videbitur R. P. Mag. Sac. Palatij Apostolici.
Caesar Fidelis Viceq;

Ego D. Placidus Philingerius Clericus Regularis, & Lector Sacrae Theologiae,
ex commissione Reuerendiss. P. M. S. P. Apost. Fr. Ludouici Ystella, opus hoc,
cui titulus, De sacris Arcanis Deiparae Mariae, & Iosephi Homilia Catholica, à
R. P. F. Iohanne de Carthagena Ordinis Minorum de Obseruantia Praefectore Ge-
nerali Regalis Conuentus S. Petri Montis Aurei compositum, diligenter perlegi,
nihilq; in illo reperi, quod bonis moribus, aut sanctae fidei officiat, imò ad prauos
mores reformandos, & ad Virginis praestantiam extollendam ob disertissimum
dicendi genus, & vberissimam sacrarum Scripturarum elucidationem, ac singu-
larissimam Deiparae Mariae arcana detecta, Ecclesia Catholica mirum in modum
vtile iudico, dignumq; proinde, ut in publicam fidelium utilitatem excudatur.
Dat. in Conuentu S. Syluestri 4. die Ianij 1611.

D. Placidus Philingerius Lector sacrae Theologiae.

Imprimatur. Fr. Ludouicus Ystella Sac. Palatij Apostolici Magister.